*in caſibus à iure canonico permiſſis, non tamen poſſunt ad id cogi niſi per iudicem Eccleſiaſticum competentem*, & n. 45.

46 *Clerici in caſu neceſſitatis compelluntur per ſuum Epiſcopum ad vigiliam, & cuſtodiam ciuitatis, non tamen per brachium ſeculare.*

47 *Clerici ad hoc, vt teneantur ad refectionem viarum, & fontium, atque pontium tria requiruntur, de quibus hic.*

48 *L. 12. tit. 3. lib. 1. noua coll. Reg. non corrigit quantum ad iudicem, qui compellere debet clericos ad contribuendum legẽ* 54. tit. 6. p. 1. & n. 53.

46 *Leges noua ſunt interpretanda ne ius commune lædant in quantum fieri poſſit, etiamſi verba improprientur.*

50 *Correctio legis antiqua cum intenditur, ſolet ſignificari verbis expreſſis, aut honorifica aliqua præfatione, & vbi lex Regia non exprimit, non eſt de eius intentione ius commune corrigere, vt* in n. 51.

52 *Iudices ſeculares non debent perturbare iuriſdictionem Eccleſiaſticam.*

54 *L. 2. tit. 3. lib. 1. nou. collect. Regia intellectus.*

55 *Conſuetudo compellendi laicos, clericos ad ſoluendam ſiſam, & alias collectas, non eſt vniuerſalis, nec ſeruanda, &* n. 56.

60 *Reſpondetur fundamentis Syluestri tenentis contra communem opinionem, conſules, & rectores cum licentia domini temporalis poſſe imponere clericis ſiſam in victualibus.*

64 *Eccleſiaſticus Status non debebat contribuere* en el donadio de los millones, *niſi Romanus Pontifex id præcepiſſet, exceptis, quæ pro ſe, & ſuis familiis conſumunt, vt* in numeris ſequentibus.

67 *Bona Eccleſiaſtica non debent contribuere in pretio exemptionis alicuius villæ: patrimonialia autem clericorum ſic.*

---

## QVÆSTIO. XCII.

An clerici cæteræque perſonæ Eccleſiaſticæ teneantur ſoluere ſiſam, vel aliam contributionem à Rege, vel aliis iudicibus ſæcularibus victualibus impoſitam, *como es los millones concedidos a ſu Mageſtad por el Reyno*, abſque licentia Summi Pontificis?

1 QVæſtio hæc orta fuit in congregatione omnium Eccleſiarum horum Regnorum Matriti facta anno 1596. cum licentia Regis noſtri Philippi II. cui interfui cum mandato procuratorio huius almæ Eccleſia Ciuitaten. vt canonicus Doctoralis ipſius tempore, quo primũ *fueron concedidos por el Reyno los millones a ſu Mageſtad, y toda la Congregacion me cometio lo eſtudiaſſe, y fundaſſe en derecho que el Eſtado Eccleſiaſtico no eſtaua obligado a contribuyr en ellos, aunque ſe pretenda por el Reyno lo contrario, y auiendolo viſto, y eſtudiado con cuydado, hize la informacion de derecho ſiguiente, que ſe dio impreſſa, y firmada de mi nonbre a ſu Mageſtad, con vn memorial, y a los ſeñores de ſu Real Conſejo.*

Pro parte affirmatiua primo facit, † quia clerici tenentur contribuere in illis tributis, &
2 contributionibus, quæ indicuntur omnibus in bonum commune, & publicam vtilitatem, atque neceſsitatem Reipublicæ, *leg. ad inſtructiones*, & ibi communiter Doctores, *C. de ſacroſ. Eccleſia. cum ſimil. l. 20. tit. 32. p. 3. & l. 45. tit. 6. p. 1. candelabrum aureum, 7. Sacr. 2. to. de explanatione Bullæ in Cœna Domin. n. 43. p. 75.* vbi plures DD. citat, l. 11. tit. 13. lib. 1. nou. coll. Reg. ibi: *Pero que en los pechos, que ſon para bien comun de todos, aſſi como para reparo de muro, o de calcada, o de carrera, o de puente, o fuente, o de compra de termino, o en coſta que ſe hega para velar, y guardar la villa, y ſu termino en tiempo de meneſter, que en eſtas coſas tales, à fallecimiento de propios de Conceio, deuen contribuyr, y ayudar los dichos clerigos: por quanto es pro comunal de todos, y obra de piedad*, & l. 12. eiuſdem tit. 3. lib. 1. ad fin. ibi: *Mandamos, que en razon del pagar las penas, y lo que aſſi fuere ordenado, que todos, aſſi clerigos, como legos lo paguen aſſimiſmo por rata lo que les cupiere*: Ergo à fortiori idem videtur dicendum, quando hoc tributum imponitur pro neceſsitate Regis à quo tanquam à capite dependet vtilitas totius Regni, tanquam in membra.

Secundo, quia ſic fertur introductum, atque ſolitum eſſe fieri in his Regnis in ſimilibus 3
neceſsitatibus Regis, vel Reipublicæ, vt clerici in eis quoque contribuant ſicut laici.

Tertio, quia exemptio clericorum ab huiuſmodi contributionibus eſt conceſſa eiſdem per leges 4
ciuiles, & Regias conditas ab Imperatoribus & Regibus, *l. placet, C. de ſacroſ. Eccl. c. generaliter 40. §. placet, 16. q. 1. & l ſancimus, la 2.* & ibi DD. *C. de ſacroſ. Eccl. cum ſimil. & in Codice Theodoſ. relato in c. in qualibet, 23. q. 8. & in l. 50. cum ſeq. tit. 6. p. 1. & in l. 1. cum ſeq. tit. 3. lib. 1. nou. coll. Reg.* & præcipue *in d. l. 11. prin. eiuſdem tit.* 3. quæ ſic ſe habet: *Eſemptos deuen ſer los Sacerdotes, y miniſtros de la Santa Ygleſia de todo tributo, ſegun derecho: y por eſto ordenamos, y mandamos que en quanto en los pedidos de que nos entendemos ſeruir, y en otros pedidos de qualquier otra calidad los clerigos ſean libres de contribuyr, y pechar con los conceios*: Idem ergo legiſlatores, hoc eſt eorum ſucceſſores in dignitate Reg. tollere poſſunt præd. immunitatem, atque exemptionem clericis prius tributam, ſiue conceſſam eidem derogando, atque contrarium ſtatuere, & decernere, præcipiendo, vt Status Eccleſiaſticus contribuat, *En los millones que los Reynos concedieron, o concedieren a ſu Mageſtad por via de ſiſa, o repartimiente como los legos, y dar ſus prouiſiones para ello en forma.* † 5
Princeps namque priuilegia à ſe conceſſa, etiam abſque cauſa legitima reuocare poteſt, *l. qui fundos, C. de omni agro deſert. lib.* 10. *text.* & ibi Inn. *in c. in noſtra de iniuriis gloſ. in reg. decet de reg. iur. in 6. communis*, ſecundum D. Couarr. *libr. 3. var. reſol. c. 6. n. 1.* D. Mol. *lib. 4. de Hiſp. primog. c. 3. n. 8. 16. & 17.* vbi late eam declarat: & ita videtur tenere in terminis Syluest. *in ſumma verb. immunitas el 1. in fin. in verſ. ſi vero propter*, † vbi dicit, 6
quod quando Conſules propter debita, aut aliud gabellam ponunt ſuper carne, aut vino, & huiuſmodi, non animo extorquendi pecunias ab Eccleſiaſticis, ſed quia etiam ſi non eſſent Eccleſiaſticæ perſonæ, adhuc eam imponerent, eſt licitum, habita auctoritate domini temporalis, & habita moderatione, ne ponatur magis ſuper his, quæ ſæpe emuntur à clericis, aut ab extraneis, aut à pauperibus, quam ab aliis ciuibus: & quod ſic clerici conqueri non poſſunt: maxime cum alibi poſsint emere, licet non ita commode, vt inquit probat, *ff. de noui oper. nunt.* eandem ſententiam certiorem viſam fuiſſe



teſtatur Octauian. Vulp. *de lib. Eccleſ. 2. p. n. 51.* cum Sylueſt, & aliis duobus.

7 Quartum, & vltimum fundamentum huius partis eſt, ex *l. 55. tit. 6. p. 1.* vbi diſponitur, *que ſi por ventura la Ygleſia compraſſe algunas heredades, o ſe las dieſſen hombres que fueſſen pecheros al Rey, ſon obligados los clerigos a hazerle aquellos pechos, y derechos, que auian de cumplir por ellas aquellos de quien las ouieren*, idem probat *d, l. 11. in verſ. y otro, ſi heredad que ſea tributaria. tit. 3. lib. 2. nou. collect. Reg.*

8 Sed quia accurate diuinas literas, ſacroſque Canones, epiſtolas, & Bullas Summorum Pontificum perlegerit, inueniet, immunitatem Eccleſiarum, perſonarumque Eccleſiaſticarum, & Religioſarum à ſoluendis tributis, collectis, ſiſa, & alias quaſcunque contributiones, & impoſitiones laicorum, non ſolum eſſe de iure poſitiuo, ſed etiam originem trahere iuris diuini: & itaque ſtatus Eccleſiaſticus minime contribuere teneatur in prædictis, nec in donatiuo de los millones por via de repartimiento, ſiſa, ni de otra manera, ſin licencia, y mandado de ſu Santidad.

9 Quod primo † probatur *cap. 47. Geneſ.* cum tempore famis cunctorum Ægyptiorum terram ſibi emeret Pharaon, atque ſub eadem fame ſuæ ſeruituti cuncta ſubiiceret, Sacerdotibus ita neceſſaria ſubminiſtrauit, vt neque poſſeſſionibus, nec libertate donarentur: domino ex tunc pronuntiante, ſacerdotes in omni gente liberos eſſe oportere, vt exponitur *in cap. tributum, §. quamuis, 23. quæſt. 8.*

10 Secundo ex *c. 7. li. 1. Eſdræ*, vbi refertur quoddam decretum, & ſtabilimentum Regis Artaxerxis: *Por el qual mando a las guardas del arca publica, y teſoreros de ſu caſa Real, que todo lo que pidieſſe el Sacerdote Eſdras ſe lo dieſſen ſin tardanca alguna haſta en cierta cantidad de plata, y ciertas medidas de trigo, vino, y azeyte, y ſal ſin medida*: & ſtatim deinceps inquit: *Vobis quoque notum facimus de vniuerſis Sacerdotib. & Leuitis & Cantorib. Ianitorib. & Nathineis &, miniſtris domus Dei huius, vt vectigal, & tributis, & annonas non habeatis poteſtate imponendi ſuper eos.* Ecce ſtatus Eccleſiaſticus exceptatus expreſſe, atque exemtus à ſolutione cuiuſcunque tributi, ſiſæ, & impoſitionum, ſublataque poteſtas populis, Reipublicis, & communitatibus Regni imponendi tributa clericis, quamuis laicis imponenda ſint ex iuſtis, & neceſſariis cauſſis.

11 Tertio hoc ipſum declarauit Bonifacius 8. *in c. quanquam de cenſibus, & exact. lib. 6. ibi. cum igitur Eccleſiæ, Eccleſiaſticaque perſonæ, ac res ipſarum, non ſolum iure humano, quinimo, & diuino, a ſecularium perſonarum exactione ſint immunes*, & conſtitutionem fœlicis recordationis Alexandri Papæ 4. prædeceſſoris noſtri, qui ſtatuit, Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas ad pedagia, & guidagia penitus non teneri, neque ad exigendum, vel ſoluendum talia pro rebus ſuis proprijs, quas non cauſſa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, ſeu tranſmittunt, volentes propter multorum inſolentiam, & abuſum, pœnæ adminiculo adiuuare, adiicimus diſtrictius inhibendo (contraria conſuetudine quorumcunque, quæ dicenda eſt corruptela verius, non obſtante) vt nec Collegium nec Vniuerſitas, nec Vniuerſitas, nec aliqua etiam ſingularis perſona cuiuſcunque, ſit dignitatis, conditionis, aut ſtatus à præfatis Eccleſiis, aut perſonis pro perſonis ipſis, aut rebus præd. talia exigat, vel extorqueat per ſe, vel per alium ſuo nomine, vel etiam alieno, aut eas ad huiuſmodi perſoluenda compellat: qui vero contra fecerint, ſi perſonæ fuerint ſingulares, excommunicationis: ſi autem Collegium, vel Vniuerſitas ciuitatis, caſtrum, ſeu loci alterius cuiuſcunque, ipſa ciuitas, caſtrum, vel locus interdicti ſententias ipſo facto incurrant: nec ab excommunicatione huiuſmodi abſolutionem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenarie reſtituerint, & de tranſgreſſione ſatisfecerint competenter, Ad idem text. *in clem. præſenti de cenſibus.*

Nec dicatur † quod tex. *in d. c. quanquam*, loquitur tantum in pedagiis, & quidagiis, quoniam 12
ratio illius tex. generalis eſt, vt patet ex eo text. *in principio, cum igitur Eccleſiæ*: & c. ibi, *à ſecularium perſonarum exactionibus ſint immunes*: Verbum namque illud, Exactionibus, omnia comprehendit: † & ex ratione generali omnes caſus 13
ſimiles deciduntur & comprehenduntur, & expreſſi loco exempli habentur, vt cum communi reſoluimus *libro 3. practicar. quæſt. 17. & 18. n. 75. cum pluribus ſequent.* præcipue *n.* 80. &. 101. Ius præterea diuinum, cuius meminit Bonifacius Papa 8. generaliter loquitur in quibuſcunque exactionibus: quo fit, vt iuxta hanc tam expreſſam deciſionem dubitari non debeat, an clerici ſint immunes, & exempti à tributis iure diuino: ſiquidem hoc iam declarauit nuncupatim Summus Pontifex in illo tex. dicens, *Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas, ac res ipſarum, non ſolum iure humano, ſed etiam, & diuino à ſecularium perſonarum exactionibus eſſe immunes.*

Vnde audiendum minime eſſe cenſeo doctiſſimũ & illuſtriſſimum Card. Bellar. *de controu. orthodox. fidei, controuerſia, 5. de membr. Eccleſ. Militan. in 3. par. 1. to. c. 28. de cleric. ſolio mihi* 161. *in paruis*, dum defendere, & probare voluit contrarium aſſerens, hanc exemtionem clericorum eſſe tantum de iure humano, non vero diuino, loquitur ſiquidem contra illum text. eiuſque aperta verba, cui non bene reſpondet dicens: Bonifacium eius auctorem nomine iuris diuini intelligere exemplum, quod habetur in ſcriptura diuina, nimirum Geneſ. *cap.* 47. vel certe fuiſſe Bonifacium in ſententia Canoniſtarum, eamque aperuiſſe, non autem aliquid definiiſſe, quia non loquitur per modum definientis rem controuerſam, ſed ſimpliciter, & obiter id aſſerit, & definit: ſed vtcunque ſit, ſufficit pro nobis habere interpretationem, declarationem, & auctoritatem Summi Pontificis, cui eſt ſtandum contra DD. contrariæ partis. prout etiam fuit declaratum *in c. tributum, §. quamuis. 23. q.* 2. & probatus hodie clare ex Concil. Trid. *ſeſſio. 25. cap. 20. ibi Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonibus, ſanctionibus conſtitutam*, & ibi *tanquam Dei præcipua, eiuſque patrocinio tecta venerentur.* 14

Quarto in hoc eodem iure diuino niſum eſt Concilium generale Later. relatum *in c. non minus de imm. Eccl.* dicens: *In diuerſis mundi partibus Conſules ciuitatum, & rectores, nec non alij, qui poteſtatem habere videntur tot onera frequenter imponunt Eccleſiis, vt deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur, quam ſub Pharaone fuerit, qui legis diuinæ notitiam non habebat: ille quidem omnibus aliis ſeruituti ſubiectis, & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & eis alimoniam de publico miniſtrauit: iſti vero onera ſua fere vniuerſa imponunt Eccleſiis, & tot angariis eas affligunt, vt eis, quod Hieremias deplorat, cõprehendere videatur: Princeps prouinciarũ* 15

*facta eſt ſub tributo: ſiquidem foſſata, ſine expeditiones, ſeu alia qualibet ſibi arbitramur* [illegible]*nda de bonis Eccleſiarum & clericorum Chriſti vſibus deputatis volunt fere cuncta complere: iuriſdictionem etiam, & auctoritatem Prælatorum ita euacuant, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe:* y concluye el tex. diziendo: *Quocirca ſub anathematis diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus:* & in fin. illius tex. additur, *ſi autem Conſules, aut alij de cætero iſta commiſſerint, & commoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi, quam fautores eorum excommunicationi ſe nouerint ſubiacere, neque communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem:* & ibi gloſſ. verbo ſub tributo, & communiter Doctores notant ex illo text. claro: quod ſacerdotes, & clerici debent eſſe immunes ab omni exactione ſæculari.

16 Quinto † Innocentius III. in Concilio generali *in c. aduerſus de immun Eccle.* referens, quod modo prædiximus ex Concilio Lateran. addidit, quod conſtitutiones, & ſententiæ quæ à talibus, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquam tempore valituræ: Inquit etiam: *cæterum, quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debet, nullus vano decipiatur errore, vt intra tempus regiminis ſuſtineat anathema, quatenus poſt illud non ſit ad ſatisfaciendi debitum compellendus, nam, & ipſum, qui ſatisfacere recuſauit, & ſucceſſorem ipſius, niſi ſatisfecerint intra menſem, manere decernimus Eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit competenter, cum ſuccedat in onere, qui in honore ſubſtituitur.*

Sexto idem probant ſacri canones, niſi auctoritatibus ſacræ paginæ, vt conſtat ex tex. *in c.*
17 *conuenior, ibi, quæ diuina ſunt 23. q. 8. & in cap. tributum; quamuis eadem cauſa, & quæſtione, ibi, domino ex tunc pronuntiante: & in capit, ſi Imperator ad finem ibi, omnipotens Deus, 96. diſtinct. & in d. cap. quanquam. de cenſibus, libro ſexto, & in dicto cap. non minus, & in c. aduerſus de immunit. Eccleſiaſtica,* textus optimus *in cap. primo, & in capit. clericis, in princ. & in §. 1. eodem tit. lib. 6. & in clem. 1. eodem tit.* vbi quod dantes ad id conſilium, auxilium, vel fauorem, excommunicantur: text. *in clement. præſenti de cenſibus, cum aliis ſimilibus.*

18 Septimo idem prohibent in fauorem immunitatis Eccleſiaſticæ diuerſæ epiſtolæ Summorum Pontificum, vt patet ex epiſtola Damaſi Papæ ſcripta ad Aurelium Cartagin. Epiſcopum, relata *in 1. tom. Concil. fol. 7. col. 2. Bulla Vrbani 6. fol. 9. & Martini 5. fol. 10. & Innoc. 8. fol. 21.* & aliorum Romanorum Pontificum, quæ referuntur *in libro, cui titulus, Bullæ diuerſorum Romanorum Pontificum,* & *in bullario plurimorum Pontificum, impreſſo Romæ ann.* 1586.

19 Octauo, omnia hæc probat, confirmat, & innouat ſacroſanct. Concilium Tridenti. *dict. ſeſſione, 25. cap. 20. in decreto de reformatione,* vbi monet, & exhortatur Reges Catholicos, quos Deus ſanctæ Fidei, Eccleſiæque protectores eſſe voluit, cæteriſque præcipit, vt inuiolabiliter obſeruent immunitatem, & libertatem perſonarum Eccleſiaſticarum Dei ordinatione & canonicis ſanctionibus conſtitutam, decernens, atque præcipiens, ſacros canones, & Concilia generalia omnia, necnon, & alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat exacte ab omnibus obſeruari debere: proptereaque admonet Imperatorem, Reges, Reſpublicas, Principes, & omnes, & ſingulos, cuiuſcunque ſtatus, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiuſque patrocinio tecta venerentur, neque ab vllis Baronibus, domicellis rectoribus, aliiſve dominis temporalibus, ſeu magiſtratibus, maximeque miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur: ſed ſeuere in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt animaduertant. Hoc decretum ſacroſancti Concilij Tridentin. ad literam decidit caſum noſtræ quæſtionis principalis in fauorem ſtatus Eccleſiaſtici, vt ex eius contextura apparet, & deſtruit opinio Sylueſt. & Bellarmin. vbi *ſupra.*

Quibus veriſſima, & communis redditur hæc ſententia, nempe quod exemptio, & immunitas Eccleſiarum, Eccleſiaſticarumque perſonarum ab exactionibus, & tributis ſit à iure diuino, ab eoque originem ſuam trahat: & ita iuſtiſſime huius iudicij ſunt quam plurimi auctores, quos omnes cauſa euitandæ prolixitatis hic non citabo contentus aliquorum relatione. Hi enim cæteros referunt: imprimis hanc partem tenent gloſſ. penultim. *in dict. cap. ſi Imperator, & in d. cap. quanquam, verb. diuino,* Abb. *in d. cap. non minus n. 17. & in c. 2. à n. 4. de immunit. Eccl. & conſ. 13. in 2. p. conſ.* Felin. *in c. 2. n. 1. de maior. & obed. Cardinal. in cap. perpendimus de ſententia excommu. oppoſitione ſeptima,* Ioan. Lup. *in tractat. de libertate. Eccleſi. 1. p. quæſtio. 2.* & latius *in 2. par. quæſtio. ſecunda,* Ioann. Equius *in Enchirid. locorum communium c. 23.* Bertrandus *conſil. 182. n. 1. d. l. 1.* Ioan. Bapt. Fertet. *conſil. 71.* Bertach. *de gabell. 7. p. n. 8. & 12* Petrus Duenn. *reg. 100. diximus in repetitione, l. nemo poteſt; n. 107. cum ſeq. ff. de leg. 1.* Azened. *in l. 5. n. 6. per totum tit. 3. lib. 1. nou. coll. Reg.* & eſt communis ſententia, vt plures allegans, eam ſequutus, & probans affirmat nouiſſime Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib. 3. cap. 17. n. 18. idem lib. 3. c. 15. n. 18. & 19.* & alij quam plures: idem poſt hæc ſcripta doctiſſime probat Azor. *in ſumma inſtit. moral. lib. 5. c. 12. col. mihi 412. in verſ. ego ſane.*

Non itaque recte ſe habuerunt Medina, Soto & alij, volentes hanc immunitatem, & exemptionem clericorum non eſſe de iure diuino, ſed poſitiuo Eccleſiaſtico, ſiquidem contrarium euidenter, & multipliciter probauimus, & tandem decreto ſancti Concilij Tridentini: nec agimus hic de exemptione, & immunitate clericorum à iudicio ſæculari, an ſit de iure diuino, an humano, quoniam non ſpectat ad præſentem materiam, ſed agit late de eo Salon. *de iuſt. & iur. q. 66. artic. 7. col. 1364. cum ſeq.* vbi *col. 1366. in 5. concl. concludit,* eſſe hanc exemptionem maxime conſonam iuri diuino. At quando ſecunda opinio principalis de qua ſupra, vera foret, quod negamus, ſufficeret ad noſtrum intentum, eſſe præfatam immunitatem de iure poſitiuo Eccleſiaſtico, vt auctores eius ſententiæ dicunt ad hoc vt præciſe deberet obſeruari præd. immunitas Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis ſub reatu peccati mortalis, & excommunicationis maioris latæ ſententiæ, ſiquidem ita cauetur ex præcepto Summorum Pontificum, & Conciliorum generalium, † 20 quibus ſumma fides adhibenda eſt, vt docet Innocentius *in cap. quod ſuſcepti, & in c. hæc eſt fides, & in c. quoniam vetus, 25. q. 1.* pulchre Nauar. *in c. nouit de iudiciis in 3. notabil.*



22 Vltimo hæc pars confirmatur vno ex caſibus Bullæ in Cæna domini, qui eſt 17. *alias* 18 *huiuſmodi:* qui collectas, & alia onera clericis, prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiatorum Eccleſiaſticorum bonis, illarumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi, ab que ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt per ſe, vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem, votum, ſuffragium palam, vel occulte præſtare noſcerentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeat dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, Reſpublicæ, & alij Potentatus: quæcunque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus & terris quocunque modo Præſidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti innouantes decreta ſupra his per ſacros Canones, tam in Lateranenſ. nouiſſime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus ædita etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis: & in terminis dict. Bullæ in Cœna Domini, & per eam ita tenent Nauarr. *in Manual c. 27. n. 128. & in c. 17. n. 201. in verſ.* 83. Azeu. *in l. 3. n. 2. tit. 3. li 1. nou. coll. Reg.* & ex Theolog. Ludo. Carb. *de reſtit. q. 33. in verſic. 7.*
23 *dubitatio in primo dicto,* † addens in tertio dicto, quod Epiſcopi obligati ſunt ad denuntiandum eos, qui in cenſuras Eccleſiaſticas incidunt ob hanc cauſam, de quo eſt text. *dict. clement. præſenti:* Eandem ſententiam pro conſtituta habet, & tenet Manuel. Rodrig. *in explicatione Bullæ Cruciat. §. 9. numero 84. in verſic. lo ſegundo,* & Ludo Veya in *ſuo caſu conſcienc. 26. per totum,* vbi melius cæteris hoc proſequitur, & declarat & nouiſſime Pater Franch. Suarez *de cenſuris in 5. tom. diſputat. 21. de excommun. Papæ reſeruatis in Bulla in Cæna Domini ſectione, 2. in 18. cenſura, numero 99. cum ſequentibus fol. 384. cum ſequenti,* & quod rectores populi, vel exſequutores imponentes fiſcam carnis, vel vini clericis ſint excommunicati à iure, ex dict. cap. *quanquam,* tenet cum multis candelab. aur. 7. *Sacrament. in explanatione Bullæ in Cæna Domini, n. 42. fol. 75. in 2. tom.*

Quatenus autem attinet ad ſucceſſorem, de quo *in d. c. aduerſus,* vbi quod non ſolum ipſe rector, qui ſimilia fecit ſuo tempore, & ſatisfacere recuſauit, ſed etiam ipſius ſucceſſor niſi ſatisfecerit intra menſem manere decernitur Eccleſiaſtica cenſura concluſus, donec ſatisfecerit competenter, cum ſuccedat in onere, qui in
24 honore ſubſtituitur. † Illud obſeruandum eſſe cenſeo, vt ſi ſucceſſor non exſequatur de nouo impoſitionem ab alio factam, exactionem continuando, ſed ſtatim ceſſet, ſolumque ſit in mora reſtituendi, quod ab alio iniuſte petitum, & acceptum eſt, licet excommunicationem incurrat, non tamen videtur ea reſeruata ex vi Bullæ in Cœna Domini, quia in tota hac clauſula non eſt ſermo de non reſtituendo, ſed de imponente, exigente, vel etiam accipiente, vel quouis modo ad huiuſmodi actiones cooperante: ſucceſſor autem, qui non ſatisfacit, non poteſt dici, illas actiones exercere, aut ad illas cooperari. Non ergo incurrit hanc cenſuram provt latam in Bulla Cæna.

Vt autem incurrat eam, vt latam *in d. cap.* 25 *aduerſus,* oportet, vt culpabiliter ſit in tali mora, non enim cogendus eſt talis ſucceſſor ad ſatisfaciendum, ſeu reſtituendum ex propriis bonis, cum ipſe non deliquerit, nec aliquid ex bonis Eccleſiæ vſurpauerit. Debet igitur ſatisfacere, quatenus gubernator eſt, hoc eſt, vel ex communibus bonis, vel faciendo, vt qui bona acceperunt, ea reſtituant, quia quantum ad hoc merito ſuccedit in onere: quare ſi non poſſit intra menſem re ipſa exequi ſatisfactionem, dummodo, quod in ſe eſt faciat, non incurret, quia revera non peccat, † 26 ſicut nec etiam Conſul, vel alius ſimilis gubernator, ſi quantum in ſe eſt contradicat tali impoſitioni, licet forſam propter plura ſuffragia imponatur, vt recte meo iudicio (ſalua tamen cenſura Sedis Apoſtolicæ) opinatus eſt Suarez vbi *ſupra in verſic. quæri poteſt.*

Ex quibus infertur, atque bene deducitur, quod 27 ſi ſucceſſor ſcienter exequatur de nouo impenſionem ab alio factam, exactionem continuando, incurret quidem cenſuram Bullæ reſeruatam propter nouum conſenſum tacite re ipſa à ſe præſtitum, & ratihabitionem impoſitionis, & exactionis à prædeceſſore factæ.

Reſeruata igitur eſt excommunicatio, de qua 28 agimus, hoc eſt eius abſolutio Sedi Apoſtolicæ, ſiquidem fulminata eſt per Bullam in Cœna Domini, nulluſque alius ab ea abſoluere poteſt niſi ſolus Summus Pontifex, & qui eius vices habuerit, alias incurret eam excommunicationem, qui de facto abſoluerit, quam tollere non potuit præter nullitatem præfatæ ſuæ abſolutionis, vt cauetur *in caſu 22. & 23. eiuſdem Bullæ:* per Bullam autem Cruciatæ abſolui poterit huiuſmodi excommunicatus ſatisfacta parte, vt declarant ipſius expoſitores, eſtque hoc conforme iuri canonico quoad eius ſimilem cenſuram, vt vidimus.

Quinimo etiam mortuo Romano Pontifice, 29 qui delictum quodpiam eorum commiſerit, quæ in Bulla in Cœna Domini continentur, in cenſuras per eam latas incidet, quamuis olim ſecus eſſet, quoniam tres Romani Pontifices Pius V. Greg. XIII. Sixtus Quintus eius Bullæ ſententias eo vſque valere voluerunt, quovſque ſucceſſor creatus alias tuliſſet, vt dixit Nauarr. *Manual. c. 27. n. 40. cum ſeqq.* & ſumma Corona *de excommunic. cap. 9. artic. 1. in 3. par.* & Martin. de Alphon. de Viualdo *in candelab. aureo ſeptem Sacramentor, de excommunic. n. 54.* quos refert & ſequitur Vgolinus *de cenſur. tabula 1. §. 4. n. 4. folio 77.* † idemque dicendum erit de eorum 30 ſucceſſoribus, qui ſimilem declarationem fecerit, nempe eius Bullæ ſententias eo vſque valere, quo ſucceſſor creatus alias tuliſſent, an autem Clemens VIII. & Paulus V. hoc voluerint, nobis non conſtat; videndum tamen erit in eorum ſimilibus Bullis.

Vera igitur, & euidens, atque certa reſolutio eſt 31 (*vt ex ſupradictis patet*) *Que el eſtado Eccleſiaſtico, ſin expreſſa licentia del Summo Pontifice, no puede ſer grauado con los millones con que el Reyno ſirua a ſu Mageſtad, ni eſta obligado a contribuyr en ellos, ni en otra impoſicion, ſiſa tributo, ni collecta alguna, ni ſe le puede, ni deue repartir por perſonas legas, ni iuezes ſeglares, communidades, ni Gouernadores, ſin la dicha licencia de ſu Santidad.* Et ita tenet, & probat ex

 textibus

textibus iuris canonici ſupra citatis Remigius de Gonnui *de charitat.ſubſid.q.56. n. 4.cum ſeq.* cum regula firmiſſima tradit late eam probans cum communi: quod munus reale quod imponitur perſonis pro rebus, quas poſſident, quod munus vulgares vocant collectas, tallias, quoartales, derramas, vel alio modo, non poteſt imponi per laicos, nempe Regem, dominum, vel Regnum, ciuitatem, vel communitatem pro neceſſitatibus occurrentibus Eccleſiis, ſeu clericis, pro rebus
32 quas poſſident quocunque titulo, † *& n.10. cum ſeq.* ampliat etiam ſi clericus vellet ſponte ſoluere collectam, nam non poſſet, nec communitas deberet recipere, niſi cum iuſta cauſa, & licentia Papæ: quod verum intelligit Candelabrum aureum vbi *ſupra, in explanatione Bullæ Cœnæ Domini n.38.pag.74.* de eo, qui authoritate ſeculari exigit decimas, & alias ab ſponte dante: ſecus in recipiente ſiſam, vel guidagium, alias à clerico ſponte dante, quia non incurrit in præd. cenſuram ſecundum Nauarr. & Petrum Duennas, quos citat, & voluit etiam Suarez vbi *ſupra in verſic. nec enim*: vbi, quod non eſt prohibitum dari ex abſoluta, & omnino libera voluntate, & loquens, *en los millones*, quod non teneatur ad eorum ſolutionem clerici, niſi conſulto Romano Pontifice, ita tenet Blaſ. *lib 2.var. q.21.I.p.n.219. fol.83.*

33 *Deſto nos da tambien claro teſtimonio, y experiencia las gracias, y conceſſiones Apoſtolicas del ſubſidio y eſcuſado, que con ſer para cauſas, y efetos tam neceſſarios è importantes, como es para defenſa deſtos Reynos del Turco, y de nueſtra ſanta Fe Catolica para ſubſidio de las galeras, y guerra contra infieles, por eſtar el patrimonio Real tan exauſto: ſu Mageſtad del Rey nueſtro ſeñor ha ſacado para ello licencia de ſu Santidad, y ſin ella iamas ſe ha pedido, ni repartido: y el año de 1583. por no auer la dicha conceſſion para el ſubſidio, no ſe repartioni cobro, ni pago. Y ſi en algun Obiſpado ſe ropartio, y cobro, fue por error, entendiendo que la auia, y ſe boluio a ſus duennos.*

34 Ex ſupradictis duæ concluſiones certiſſimæ deducuntur prima eſt, *que los legos que hayen las impoſiciones, repartientos, y cobrancas arriba dichas de ſiſas, y otras contribuciones en el eſtado Eccleſiaſtico, ſin la dicha licencia de ſu Santidad, y los que dan conſeio, fauor, y ayuda pars ello en qualquier manera, pecan mortalmente, demas de la excommunion mayor, en que ipſo facto incurien.*

35 Excommunicatio enim præd. præſupponit culpam mortalem propter inobedientiam, & abſque culpa, & contumacia mortali nullus poteſt excommunicari, vt *in c. nemo.* & *in c.nullus.11.q. 3.* & *in c.Romanæ.§. caueant de ſentent. excommunic. lib.6.* D.Thom. Paludan. & alij *in 4. diſt. 18. q. 2.* D.Couar. *in c.alma.mater.1. p. §. 9. n. 1. de ſent. excomm.lib.6.* Nauar. *in manual.c.27.n.9.* Martin. de Ledeſma *in 2.4.q.23.art.3.* De Soto *in 4. diſt. 22. communis*, vt per nos *lib.1.canonic.q.c.7.& 24.* & per Candelab. aureum ſeptem Sacrament. 2. *tom. de excomm.n.105. & 106.pag. 35.*

36 Deinde quia facientes contra legem iuſtam in re graui peccant mortaliter. *c.2. de maior.& obed. cum ſimil.* Diuus Bernard. *in lic. de diſpendend. & præcept. col.5.* Caiet. *in paruis, opuſc. 1. tom. tr. de oblig. præcept. q. 21.* Alphonſ. à Caſtr. *aduerſus hæreſes, verb. Eccleſia ad fin.* facit Nauarr. *in manual.c.23.n. 36.*

At in dubium eſt in hac ſpecie, laicos agere contra probationem ſacrorum Canonicum Conciliorum, & Bullas Summorum Pontificum, nec non & contra omne ius, & rationem: ergo iuſte poſſunt, & debent compelli per cenſuras, vt à peccato exeant, & ſe abſtineant à ſimilibus impoſitionibus, & collectis in carne, & vino & ſimilibus victualibus imponendis contra ſtatum Eccleſiaſticum, ipſiuſque immunitatem, & ablata reſtituant.

Et quod peccent laici mortaliter in hoc vt probatum exiſtit, tenet Nau. *in man.c.27.n.115.& in c.17.n. 202.* vbi inquit *que los Gouernadores legos y ſeglares, que imponen contra los clerigos ſiſas, &c. ſobre pan, vino, carne, panno, y otras qualeſquier coſas neceſſarias, y gertenecientes* ad victum, & veſtium *pecan grauiſſimamente y ofenden a Dios e incurren en las cenſuras horrendas* de Bulla in Cœna Domini *y alega la gloſ. de la clement. præſenti verb. interdicti de cenſib. que afirma que toda Italia eſta entricha por lo dicho miſmo ſiente el de las otras prouincias, y confieſſa que teme mucho que Dios caſtigue a los conſultores de los Principes, y Republicas por la poca cuenta que hazen, y el demaſiado credito que dan a ſus conſultores y otras perſonas que tienen cuenta con ſu codicia, y auaricia, y no deuenir contra los ſacros Canones: y eſpanta ſe de los Obiſpos, y confeſſores, que parece tienen poca cuenta en caſo, mandandoſas ſo pen ad pecado mortale Concilio Vienenſ. in d.clem.præſen. que denuncien, y publique por del comulgados a los ſobredichos, y no los abſueluan haſta que reſtituyan lo mal lleuado, y ſatis fagan competentemente a los clerigos* eandem opinionem, quod peccent lethaliter imponentes rebus clericorum tallias, & quaſcunque exactiones, tanquam contemptores iuris canonici, & inobedientes, tenet Petrus Iacob. *in ſua pract. tit. de acquiſ. ab Eccel. verſ. item qui quem* refert & ſequitur Remigius de Goni vbi *ſupra q.62.n.99. qui q.60.n.L.* probat etiam in terminis, quod clerici non tenentur ad ſoluendam ſiſam impoſitam per laicos adminiſtratores vniuerſitatis pro ſuis neceſſitatibus, vel alias ſuper venalibus, & victualibus.

Secunda concluſio certiſſima ex ſupra dictis 37
deducta habet: *que el eſtado Eccleſiaſtico con ſeguridad de conciencia no puede diſſimular, ni conſentir en las dichas impoſiciones. Lo vno por ſea contra ſu immunidad. Lo otro, por concurrir en el peccado graue, que en eſto cometen los legos: y aſſi eſta obligado a defender ſu libertad, y eſempcion por via de iuſticia, como ſe ſuplico a ſu Mageſtad, y a los ſeñores del ſu Conſeio por parte del Eſtado Eccleſiaſtico deſtos Reynos.*

Mouere etiam debet ad hoc, animaduertere, 38
quantis oneribus grauatus ſit natus Eccleſiaſticus, diminutique ipſius redditus tum ob deductionem factam olim ab eis Tertiæ Regiæ conceſſione Apoſtolica, tum etiam ob ceſſiones ſimiles Apoſtolicas quinquennales ſubſidij, & rimæ domus demicare debentis in vnaquaque Parrochia, tandem ob priuilegia non ſoluendi decimas quatuor ordinum militarum de S. Ioann. Alcantara, Santiago, y Calatraua, *y las ordenes Monachales, y mendicantes, y los de la Compañia de Ieſus, con los priuilegios tan amplos, y la orden de ſanta Clara en cierta forma*: Et ſimiliter quod ſtatus Eccleſiaſticus ſentit, & virtualiter patitur, & ſoluit tributum alcaualæ in omnibus quæ emit, ſiquidem carius emunt eo quod venditores laici eam



ſoluere tenentur. Non igitur grauari debent Eccleſiaſticæ quæ perſonæ aliis oneribus, impoſitionibus, atque tributis, abſque licentia Summi Pontificis, qui eſt caput omnium Eccleſiarum, ne alias cogantur mendicare, & cultus diuinus minuatur.

39 Accedat præterea, *que pues los Caualleros legos, y Hidalgos, y otros eſemptos en muchos lugares no contribuyen por ſus haziendas ſegulares en eſte donadio de los millones, ſino que ſe reparte al demas reſto del Reyno, o ſe hazen otros arbitros, como ſe ha declarado en el Conſeio y librado proiſiones Reales para ello ſegun eſta informado el Eſtado Eccleſiaſtico con mucha mayor razon deuen ſer eſemptos los clerigos y ſus bienes de la paga deſto donadio, pues tiene tan fundada ſu libertad, y eſempcion de todo genero de pechos, tributos, y exactiones por todo derecho, y Concilios, como eſta prouado, y ſon, y deuen ſer de meior condicion en eſto que los legos.*

Reliquum eſt, vt ſatisfaciamus fundamentis ſupra in contrarium adductis, ex quo etiam noſtra pars lucidior apparebit.

Ad primum fundamentum contrarium, in quo dicitur, clericos iuxta ius commune, & Regium teneri contribuere in illis impoſitionibus, & tributis, quæ indicuntur ad bonum commune omnium in caſibus ingentis neceſsitatis, & vtilitatibus Reipublicæ, & Regni ex dict. *l. ad inſtructiones, cum ſimilibus C. de Epiſcopis & cleric. & ll. Regiis ibidem citatis.*

